Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qd faciat? Resp ei senex. Fugiat eligens taci
Fr aliquis interrogauit senem Turnitate
dicens. Quid est opus peregrinationis? Et ille
dixit ei. Scio fratrem peregrinantem. qui cum inuen-
tus esset in ecclesia. et egisset ibi fieri agapem. se-
dit ad mensam ut manducaret cum fratribus. Dixerunt
autem quidam; istum quis tenuit hic? Et dixerunt ei.
Surge et uade hinc foras. Qui surrexit et abiit.
Alii autem contristati de expulsione eius. egressi sunt et uo
cauerunt eum. Post hec interrogauit eum quidam
dicens. Quid putas in corde tuo esse. quia ex
pulsus es et iterum reuocatus? Et ille dixit. Po
sui in corde meo quia equalis essem canis. qui
quando expellitur foris egreditur. quando au
tem ueniunt quidam aliquando Iuocati ingredi-
untur. Ibant quidam ad quendam senem habentes secum
unum qui a demonio uexabatur ut curaretur ab
illo sene. Senex autem cum diu rogaretur. dixit
demoni; exi de factura dei. Et resp demon.
Exeo. sed interrogo te unum uerbum. ut dicas
mihi qui sunt hedi. et qui sunt agni? Et dixit senex. Hedi
quidem tales sunt qualis ego. Agnos uero dns fecit. Et
audiens demon clamauit uoce magna di
cens. Ecce propter istam humilitatem tuam exeo. Et